273
[=Mscr. a. 7=
Nr. 280]

Tertio Idus Aprilis 1577. Bremae in schola
Puerorum custos fuit studiosiss.
Johannes Ulorang.

M. Erasmo Johannis Sude
Pax Christi.

Tam crebris absentium amicorum literis, vir exi-
mie, impedior propè quotidiè, ut si reliquis rebus
unum agerem, vix tamen multis satisfacere unquam
possim. Quid facerem, ubi quid otii servo dabitur,
scribo nunc huic, nunc illi, ut quos, non ut volo,
saltem ut eos retineam amicos, quibuscum loqui, quos
colere non possum. Ex sententia Tua superiores
quod accepi: eodem hinc meos versiculos istuc
auferri jussi. Χαλεπὰ χρηστῶν: saltem eos ta-
men apud te valituros spes erat, ut essent apud
homines mei amantissimos epistolae vice. Utque
plura vobis misi exempla, scilicet ut una fidelia
multos parietes dealbarem. Tu vero de versibus non
sum nullum. Quosdam vivis offendit, quod illas So-
phistarum voces essentiale, substantiale, natu-
rale in contione Sacramentaria temere Crom-
cas appellassem. Quas quidem semper detestatus
sum, et nunc quoque abominor: quidquid tan-
dem emplastris moliantur. Nihil enim huic af-
ferunt verbis Christi: sed dulcissimam illam phra-
sin: quae mortem Domini nobis annunciat. Eum
quod pro vobis traditur, frangitur, ab oculis et au-
ribus removent veterisque idololatriae faces redu-
cunt. Atque ut ab idololatris dum expulsae sunt, et
sub quodam Ecclesiae pernicioso excepitale: ita quo-
cunque disseminatae fuerint, eandem institutionis Christi
simplicitatem sua contagione corrumpunt. Si nobis gra-
tum esset Dominicae mensae munditiem, nunquam tale in
splendidum, tamque putre condimentum ejus immortalibus
epulis aspergeremus. Quid istuc? An etiam Erasmum tu
nostrum summae humanitatis virum, credam meo
senili carmine offensum fuisse, ut verax (ait Lodowicus)
non fugerit, non possum in animum inducere. Si quid
tamen aut tibi aut D. Mensoni minus probatum sit, non
diffugio legitimam reprehensionem. Consilium tuum

de schola recte constituenda leges accurate et rectum
esse judico, neque dubium est. Cum bonis inceptis bonus
respondeat eventus. Magistratum habes benevolum, Regi-
spopositum sentientes, collegas accommodatos. Ad mi-
nimum tuam mihi in venusto ac misero hoc fere adver-
sa cecidere. Et tamen in his scopulis Saxoniciis singulari
beneficio bonitatis divinae τοσοῦτον ἔχοντες νέφος
τῆς ἀταξίας: Contra torrentem studiose reflantis ven-
tis, hos annos tredecim, tum a doctrina elegantiae et
purae, tum a disciplinae mediocris naufragio servati
sumus. Atque quanto vos meliori spe uti decet, quibus
quo magis haec prona evenerunt omnia: hoc uberiores
majoresque successus afferuntur. De vita socia, quam na-
[illegible] ex animi tui sententia, merito tibi omnes gratu-
lamur, rescivi omnem rem. Scripsit Emda Leodegarius;
Bremae narravit Schoeneburgius. Laudant omnes et
bene precantur, vosque ambos beatos praedicant, te tali
conjuge: illam tali marito. Si quid valent senis vota,
equidem Deum supplex rogo, ut optimis auspiciis omnia
succedant. Ceterum adolescentes tibi excitandi sunt,
qui tibia canant, ut elegis suis nuptias vestras conce-
lebrent. Epithalamium carmen non debes ab hoc jam
emerito Cantore, qui jam dudum de sacra pinu fistu-
lam suspendit, exspectare. Nos clitellas, non nostrum
est onus. Ejusmodi carmina cor laetum scribentis et otia
quaerunt. Scis quantis in laboribus semper versor miser,
et quale collegium habeam mecum in tanta multitudine,
ne procacis et efferae juventutis non ignoras, quam
nulla mihi respiratio detur ab afflictione schola-
rium necessitate. Et quidem nunc potissimum quando
lectiones et classes de integro constituendae sunt
et novus quasi apparatus scholae, omnibus rebus extru-
endus. Quare obnixe peto, vir magnifice, ut hanc
falcem intempestivam, tam inter curis et aerumnis
gravem aequo animo feras. Arithmeticus, qui Wit-
tenberga huc venit, ita ut scripseras, quamquam est aetatis
suam professus huic scholae muneribus suis nos deservit, ore-
mus tamen eum, si velit ad exitum usque, ne
frustra huc venire videatur, copiose satis vixit
hactenus. Nam praeterea, quae a discipulis accepit: in

hos menses quinque jam exactos numerari ei daleros 25.
Valete contendi apud Magistratum, ut mihi liceret in hi-
emem proximam huius loco virum eruditione praestan-
tem surrogare: cujus autoritate et scientia scholae no-
strae famam et celebritatem fieri posset. Sed quis
credat, etiam in pedore et pulvere Ambitio magno-
rum amicitiis fama coetusque consilia evertit. Vale
frater venerande, et Molanum tuum perge amatum
in Domino amare 16. April. 1577. Bremae.

Johannes Molanus.

274

[= Nev. a. 7: 281]

Aestivae Lectiones divisae temporibus
Anno novissimi temporis CIƆ IƆ
LXXVII. Etiam tunc cum Deo
feliciter regente Johanne
Molano.

In secunda Classe.

6. Rector explicabit 2 lib. Eth. Aristot: qui totus est in
describenda virtute ubi ... Hic repetentur neces-
sariae regulae Syntaxeos Graecae.
9. Arithmet. exercitia propter rudiores a principio.
1. Cic: lib. 3. de oratore, quae est Rhet: praecipue hic Dialecti-
cae praecepta retractabuntur.
4. Sallustii bellum Catil. Enarr. M. Mellem, diligenter
observatur, quae sint Histor. propria, idem huic Classi
praescribet omn. faciendo argum. Carminis mater-
iam Rector. idem perget in Paulo. Assumptio Theodori
Bezae quaest. priorlog. Reliqua exercitia fient pro ar-
bitrio Rectoris. Haec classis ceteris studio et mo-
ribus specimen sunto.

Tertia Classis.

6. Corrector necess. regulas Syntax. Latinae persequetur
cum paucis exemplis, quae ipsi suppeditabit. idem inde post
Linacrum Vallam redducet ab A litt. Nulla Lect. est di-
scentibus convenientior, si amplecterentur.
1. Urgebit precept. Gramm. Graecae cum usu in flectendi.
4. Jungetur haec classis cum classe quarta, eadem alter-
nis septimanis communiter Thema scribent. Perget
item in proverbiis et sententiis Evangelicis.

Quarta Classis.

6. Etymologia ordietur M. Henr: a nominum decli-
natione et perducet usque ad verbum Sum potest.